



UC-NRLF



B 3 480 814



EX LIBRIS



Digitized by the Internet Archive
in 2007 with funding from
Microsoft Corporation

REGISTER AND CHRONICLE
OF THE
ABBEY OF ABERCONWAY;

FROM THE HARLEIAN MS. 3725.

EDITED BY
SIR HENRY ELLIS.

PRINTED FOR THE CAMDEN SOCIETY.

M.DCCC.XL.VII.

The Harleian Manuscript from which this Register has been transcribed, in the early part relates to the Monastery of Hayles in Gloucestershire. What relates to Aberconway begins at the folio 40, b. The whole Manuscript came into Lord Oxford's possession in 1723.

The Editor suspects, from a passage in Humphry Wanley's Diary, that it was purchased with several others of Mr. Batteley. In one part, page 14, from the sense, a leaf appears to be wanting.

THE Cistercian Abbey of Aberconway was founded in 1186 to the honor of the blessed Virgin Mary and All Saints by Llewelin the son of Gervase, or as he is more usually called Llewelin ap Jorwerth, Prince of North Wales.

It continued upon its first Site till the year 1283, when Edward the First, among the changes which he made at Conway, becoming the patron of the Monks, removed their foundation to Maynan in Denbighshire, a place about three miles distant, where he built for them another House, and to their ancient possessions and privileges added new ones of no inconsiderable extent. The change was confirmed in a bull by Pope Nicholas the Fourth in 1289. The new Abbey, however, still retained its antient name of Conway, and was so called even to the time of its Dissolution under Henry the Eighth.

In the 13th of John the Abbot had a licence to purchase lands in Worcestershire to the value of six hundred marks.

The additional MS. in the British Museum, No. 15,663, fol. 34, contains an office-translation, from the Tower, of the Inspeximus charter to this Abbey of the 6th of Edward the Third; and the previous volume of the same Collection, a full translation of the Ministers' Accompts relating to it in the 27th and 28th of Henry the Eighth.

In the 12th Edw. I., when the Abbey was translated, it was ordained that the Church of Aberconway should be furnished with three Chaplains: two were to be Englishmen; the third a Welshman, "propter idiomatis diversitatem."

DAVID OWEN was Abbot of Aberconway in the 1st of Henry VIII.

HUGH PRICE, Abbot of Aberconway, was buried at Saffron Walden in Essex, in 1521.

The last Abbot was RICHARD AP RHYS or KIFFYN, who had a pension of £20 a year.

The Site of Aberconway was granted in the 5th of Queen Elizabeth to Elizeus Wynne, whose descendants still possess it. A Family-Mansion was built from the materials of its ruins.



THE

REGISTER AND CHRONICLE

OF THE

ABBEY OF ABERCONWAY.

Post Karolum regnavit in Britania Caduanus. Post Caduanum Cadwallanus. Tempore vero Cadwallani fuit tanta caristia, tantæ pestilentiæ, et tanta fames invalescebat quod magnates mutuo se amplexantes submerserunt se in aquis. Cui dictum est in voce per angelum quod filius ejus expelleret seipsum de regno, et quod moriturus esset Romæ, et quod deberet numerari in decatalogo Sanctorum. Qui quidem rex quæsit causam tanti mali in regno suo. Cui respondens Angelus dixit, Negligentia prelatorum; Rapina potentum; Cupiditas Judicum; detestanda Luxuria; Rabies perjuriorum; inordinatus Cultus Vestimentorum.

Post Cadwallanum regnavit Kadwalladrus filius ejus. Iste Kadwalladrus, cognomine Benedictus, regnavit modico tempore, sed tum propter mortalitatem quo populum suum fere devastabat, tum propter diversas persecutiones quas patiebatur assidue per Saxones barbaricos, reliquit* regnum suum. Minorem Britanniam petiit. Ibiq; post intervallum temporis congregavit magnum exercitum ut rediret et expelleret externas nationes a regno

* *Sc.* reliquit.

suo. Cui nunciatum est per Angelum ut a proprio suo desisteret. Nolebat enim Deus Britones in Insula Britanniae diutius regnare antequam tempus venisset quod Merlinus Arthuro prophetaverat. Precepit illi etiam ut Romam ad Sergium Papam iret, et ibi, perfecta penitentia, inter beatos annumeretur. Dicebat etiam populum Britannicum per meritum fidei sui insulam in futurum adepturum. Tunc Cadwalladrus, abjectis mundialibus, propter Deum venit Romam, et ibi a Sergio Papa confirmatus, in optimo langore correctus est, & xxij. kal. Maij Anno domini CCC.lxxxix. a contagione carnis solutus est. Bardi enim Kambrenses istam opinionem firmiter tenent, quod cum ossa Cadwalladri in terra suscitarentur Britones pristinae potestati quam habuerunt per promissionem Angeli restaurantur.

Post Kadwalladrum reliquiae Britonum perdidit nomen suum et regnum. Jam non vocantur Britones sed Wallenses. Tantam inquietationem patiebantur per barbaricos Saxones quod non potuerunt eis amplius resistere, et sic debilitati petierunt Cambriam, modo Walliam; et ibi per multa tempora regebantur per Principes generis sui, regebantur enim omnes per unum Principem solum usque ad tempus Rothri vavr, i. Rodrici magni. Iste Rodricus magnus regebat totam Walliam tempore suo. Post cuius mortem iij. filii ejus, videlicet Merwynus Anarand et Cadeff diviserunt inter se totam Walliam in iij. partes, Merthwin principatum Gwyneth, i. Northwalliam, Anarand principatum Powysiae, Cadeff principatum de Henparth, i. Sowthwalliam; unusquisque istorum cum posteris suis regebat partem suam ut Princeps post multos annos. Et postquam multi anni essent evoluti, istae duae partes, videlicet Powysia et Sowthwallia, perdidit nomen Principis sui et Principatus. Princeps vero Northwalliae reassumpsit nomen integrum totius Principatus Walliae, quo gaudebat usque cum posteris suis usque ad Lewelinum Principem Wap gruff Wap ff. Wap Jerwarth Droyndon, post cuius mortem nullum hucusque habuerunt Principem de genere suo sicut manifeste sequentibus declarabitur.

Anno Domini Millesimo Centesimo lxx. Owynus ap Gruff princeps Poywysiæ dominus de Keueliauc fundavit Monasterium de Strattamarcella, Cisterciensis Ordinis, in quo ipse jam prope summo altare quod parte boreali jacet sepultus, et hoc est ephitafium ejus.

Ecclesiæ cultor jacet hic heu major Owynus
Hostibus insultor, genuit quem ipse Griffinus.

Eodem anno Thomas Beket Archiepiscopus Cantuariensis iiij. kal Januarii in basilica sedis suæ gladio percussus migravit ad dominum. Anno regni regis Henrici secundi post Conquestum Angliæ, sicut istæ versus declarant,

Anno milleno Centeno septuageno
Anglorum primas corrui ense Thomas.

Anno Domini Millesimo Centesimo lxxxvj. nono kalendas Augusti fundatum est Monasterium de Aberconwey Cisterciensis Ordinis in episcopatu Bang. regnante super Angliam domino Henrico filio Matildis imperatricis Anno regni ejus lx.

Notum sit omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis tam presentibus quam futuris quod Ego * Ky) nan filius, Northwalliæ princeps, intuitu divinæ pietatis, pro salute animæ meæ et antecessorum meorum, dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam Deo beatæ Mariæ et Monachis de Aberconwey, sub Ordine Cisterciën Deo famulantibus, Kelliuioc cum omnibus pertinentiis suis, Rudgaer cum omnibus finibus suis, Stawenan cum finibus et omnibus pertinentiis suis, et molendinum de Talepont. Et volo ut idem monachi, tam presentes quam futuri, omnes pre-nominatas terras cum omnibus ad eas pertinentibus in perpetuam elemosinam possideant bene et quiete, et libere, in pace, plenarie, integre et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, cum omnibus libertatibus solitis et liberis ab omni

* Here is an erasure. Humphrey Wanley has written in the margin Lewelinus ap

terreno servitio et exactione seculari. - Ut autem hæc mea donatio et concessio imperpetuum firma permaneat eam presentis cartæ munimine et sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, Owyn ap Eduywan, Teġ ap Robert, Cadwen Jeweryth ffilio, Howelo Ydrys filio, et multis aliis. Datum apud Porthaethay' Anno ab incarnatione domini Millesimo. C. Mense Junii.

Post istum Lewelinum wap Kynan regebat Principatum North-walliæ Owynus Gwyneth ap Gruff' filius ejus. Deinde David ap Owen ap Gruff'.]

In Insula de Anglesia Cowrnoylis	xiiij ^{li} . ij ^s .
Itm̄ Bobgedwid	xij ^{li} . vj ^s . viij ^d .
Kellyuiok	x ^{li} . xvj ^s . viij ^d .
Penmynydd	iiij ^{li} . xiiij ^s . iiij ^d .
Itm̄ Molendinum aquaticum in Manerio de Cowrnylis	x ^s .
Itm̄ unum teñ iuxta Bellum Moriscum	v ^s .
Itm̄ y kae mawr	xl ^s .
Itm̄ Nañhoynayn	xxj ^{li} . xviiij ^s . iiij ^d .
Itm̄ Come	v ^{li} .
Itm̄ Nankaff	xl ^s .
Itm̄ Redinoc velyn	xxvj ^s . viij ^d .
Itm̄ Arthe mynethe	xiiij ^{li} .
Itm̄ Maynan	ix ^{li} .
Itm̄ Creuthyn	xxxiiij ^s . iiij ^d .
Itm̄ teñ in Bangor	vj ^s . viij ^d .
Itm̄ in Cestr'	vj ^s . viij ^d .
Itm̄ teñ in Conway.	
Itm̄ Molendinum ventriticum.	
Itm̄ ał Molendinum aquaticum juxta Monasterium.	
Itm̄ Ecclesia de Vagħ	xij. marc.
Itm̄ Ecclesia Sancti Patricij	v. marc.
Itm̄ Ecclesia de Rose	x. marc.
Itm̄ Ecclesia de Conway	iiij ^{li} .

Itm̄ Capella de y gyvichy	xl ^s .
In Comot. Mevenith	xx ^{li} .
Itm̄ in Comot' Pennarth	xx ^{li} . xx ^d . exċ.
Itm̄ in Cūwstwith	viiij ^{li} .
Itm̄ in Blaen ayron	vj ^{li} .
Itm̄ in Havodwen	vj ^{li} .
Itm̄ in Ruhrniok	v ^{li} .
Itm̄ in Nantvay	viiij ^{li} .
Itm̄ in Comottewthur	vj ^{li} .
Iċ Aberdehonwy cum Ken	vj ^{li} . xiiij ^s . iiiij ^d .
Itm̄ Dywarthen	xxxiiij ^s . iiiij ^d .
Itm̄ Morua Vichan	iiiij ^{li} . xiiij ^s .
Itm̄ Aber Mywt	x ^{li} . iiiij ^d .
Itm̄ Ecclesia de llangirak	xx ^{li} .
Itm̄ Ecclesia de Pencarrek	x ^{li} .
Pennarth	xxviiij troč.
Mevenith	lxxxxij troč.
Blaen Ayron	lxxxviiij troč.
Havodwen	CCxxxij troč.
Hanhvniok	xlviij. troč.
Morva Mawr	Clxxxxij troč.
Morva Vych ⁿ	xij troč.
Y dewarchen	quinque nobt.
Commoř devddor	vj ^{li} .

Anno domini Millesimo Centesimo lxxxx, Regnante Ricardo vocato Cor de lyon rege super Angliam, primo die Januarii, hoc est die Circumsisionis domini, Lewelinus ap Jerwarth Droyndun David ap Owen principem suum suffocavit et occidit apud Aber, et sic Principatum tocius Northwalliæ super se assumpsit, qui et diversas possessiones contulit Abbati et Monachis Monasterii de Aberconwey cum libertatibus subscriptis. Johannes filius Henrici secundi illustris regis Angliæ, qui quidem

Johannes Anno domini Millesimo Centesimo Nonagesimo ix. apud Westm̄ coronatus erat in regem Angliæ, duxit copiosum exercitum in Walliam contra Lewellinum ap Jerwarth Droyn-dun usque ad Snowdon, ubi ipse Lewellinus cum dicto rege Angliæ pacificatur, factoque ei homagio et datis obsidibus, et terris multis, cum decem milibus vaccis, rex illuc Castella plura fundavit, et in Angliam reversus est.

Johannes Dei gratia Rex Angliæ Dominus Hiberniæ Dux Normanniæ et Comes Andegaviæ, Justiciariis, Vicecomitibus, et omnibus Ballivis suis Angliæ et Walliæ, et totius terræ suæ, et Portuum Maris, salutem. Sciatis quod suscepimus in manum et protectionem nostram Abbatiam de Aberconwey, et Monachos Ordinis Cisterciensis ibidem Deo servientes, et omnes res et possessiones suas. Et ideo precipimus quod Abbatiam illam et monachos in eadem servientes, et omnes res et possessiones suas, et omnia quæ ad eos spectant, custodiatis et manuteneatis sicut nostra propria, ne quis eis de aliquo molestiam vel injuriam aut gravamen faciat. Et firmam pacem habeant, et quieti sint de thonio, et passio, et paagio, et pontagio, et omni consuetudine quæ ad nos pertinent per totam terram nostram, et talem inde quietantiam habeant de omnibus quæ ipsi vel famuli et servientes sui poterunt assecurare, sua esse propria, qualem alii monachi habent de Ordine Cisterciensi. Et prohibemus ne quis eis super hoc veracionem * vel injuriam aut gravamen inferre presumat, super foros facturam nostram, sicut Carta Henrici Regis patris nostri rationaliter testatur. Teste Petro de Pratellis. Engelranum de pratellis. Petro de Stokys. Datum per manum Archidiaconi Welleñ. apud Mountford, primo die Aprilis Anno regni nostri tercii.

Anno domini Millesimo .CC.vi. Lewellinus ap Jerwarth Droyn-dun princeps Northwalliæ Dominam Isabellam filiam Johannis Regis Angliæ illustris duxit in uxorem.

* *Sic in orig.*

Iste Lewellinus sepultus est in Monasterio de Aberconwey Cisterciensis Ordinis coram summo altare ; cui largas libertates et amplas possessiones dedit.

Anno domini Millesimo .CC.xxx. Lewellinus Princeps Northwallie multum infestavit totam Walliam extra fines suos, ita quod ecclesiis parceret. Contra quem Henricus rex Angliæ cum grande exercitu ivit et firmavit Castrum Mand. relictis tamen illic qui custodirent illud multis, tam militibus quam servientibus, omnes finitimas partes quas potuit accendit.

Anno domini Millesimo .CC.xl. primo. Henricus tertius a Conquestu Rex Angliæ adivit partes Marchiæ, cum exercitu suo, contra David ap ff. sed David misit se in interiora loca. Et rex Angliæ cum exercitu magno persecutus est eum versus Snowdon. Quod videns David, subjecit se regi Angliæ et omnia sua, et reddit ei in obsidem Griffinum ap ff fratrem suum quem Rex incarce-ravit Londoñ, sed ipse Griffinus paucos dies in turre Londoniarum collum suum rupit.

Anno domini Millesimo .CC.lxxvii. orta est gwerra inter domi-num Edwardum Regem Angliæ post conquestum Angliæ dictum Longescankes et Wallenses. In qua quidem gwerra rex insulam de Anglesey cepit. Et Lewellinus ap Gruffith ap ff ap Jerwarth Droindun Princeps Northwalliæ tandem ad pacem regis se humili-ter reddit, et ad Parliamentum dicti Regis London postea venit et Homagium fecit Regi, atque convivium ibidem permaximum tenuit.

Anno domini Millesimo .CC.lxxviii. Lewellinus ap Gruffud Princeps Northwalliæ, presente domino Edwardo vocato Longe-scankes Rege Angliæ, atque domina regina, necnon Edmundo comite Cornubiæ et aliis quam pluribus regni Angliæ magnatibus, Alienoram filiam Simonis Montis fortis comitis Leycestriæ et dicti Regis consangwineam apud Wygorniam duxit in uxorem. Eodem quoque anno, tempore æstivo, videlicet in festo Sancti Petri quod dicitur ad vincula, facta sunt statuta Gloverniæ in Castro ejusdem villæ.

Anno domini Millesimo .CC.lxxix. Orta est gwerra inopinata in Wallia. Nam David ap Gruffud frater Lewelini principis Walliæ, undecimo kaff. Aprilis qui tunc erat dies Palmarum, Rogerum Clifford cepit, et cæteros quamplures interfecit, et Castrum de Flynt et Ruthland obsedit. Iste David domino Regi Edwardo ante hoc factum specialissimus fuit.

Anno domini Millesimo .CC.lxxxij. Dominus Edwardus Longescankes Rex Angliæ duxit exercitum in Walliam et obsessores castrorum de Flynt viriliter ammovit, et ipse ibidem cum suis aliquamdiu permansit.

Anno domini Millesimo .CC.lxxxij. Lewellinus ap Gruffud ap ff ap Jerwarth Droyndun Princeps Northwal tercio idus Septembris, nocte, per Eadmundum de Mortuo mari, imaginata fraude, captus et interfectus, atque decollatus est apud Beelte. Cujus caput Londonias fuit missum, et super turem affixum. Igitur Wallenses territi sunt et turbati ultra modum de morte prædicti Principis, reddiderunt domino Edwardo Regi Angliæ omnia Castra Northwalliæ, una cum portiuncula pretiosæ Crucis Dominicæ, Cambriæ vero, dicta Cros de Neth, cum multis aliis famosis reliquiis. Reddiderunt etiam Coronam famosissimi Arthuri quondam regis Britanniæ; et sic gloria Walliæ et etiam Wallencium regibus et magnatibus Angliæ translata est.

In anno sequenti, videlicet Anno domini Millesimo .CC.lxxxiiij. David ap Gruff', frater ejusdem Lewelini Principis, circa Nativitatem Sancti Johannis Baptistæ capitur, et apud Ruthland ducitur, ubi carcerali custodia detinebatur usque ad festum Beati Michaelis Archangeli. Et sic de Ruthlande usque Amoythie id est Salopiam perducitur, ibique judicio Baronum Angliæ primo usque ad patibulum equis trahitur, secundo suspenditur, tertio se minimis decollatur, quia pacis Regis erat contemptor, quarto evisceratur et viscera ejus concremantur quia Catholicæ fidei et Ecclesiæ inimicus ac Justorum interfector, quinto corpus ejus in quatuor partes dividitur et per quatuor partes regni Angliæ suspenditur quia pacis regni erat perturbator, sexto caput ejus Londoñ mittitur

atque super turrem juxta caput Lewellini fratris sui defigitur, ut ejus exemplo cæteri proditores terreantur et in signum quod Rex justus est et proditorum extirpator. Hoc judicium quinto nonas Octobris factum fuit, et eodem die plene executum. Volens itaque Edwardus dictus longescankes rex Angliæ Walliam plus solito firmare, Abbathiam de Abberconwey Cisterciensis Ordinis juxta introitum Snowdon factam ammovit, et castrum et villam ibi construxit. Monachis vero situm alterum videlicet Maynan et expensas largas ad nova edificia dedit: ac omnes possessiones quas prius habuerunt et imposterum acquirere possent concessit, et libertates inauditas eis et successoribus eorum concessit. Eodem quoque Anno Rex prenominatus construxit Castrum de Karnarvon.

Edwardus Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ, Dominus Hiberniæ et Dux Aquitaniæ, &c. Sciatis nos pro salute animæ nostræ et animabus antecessorum nostrorum et heredum nostrorum regni Angliæ, concessisse pro nobis et heredibus nostris dilectis nobis in Christo Abbati et Conventui de Maynan veterem Ecclesiam de Abberconwey quam prius habuerunt et tenuerunt conventualem de cætero habeant et teneant parochialem sibi et successoribus in proprios usus imperpetuum, cum decimis et oblationibus et aliis ad Ecclesiam illam de jure parochiali pertinentibus, ita tamen quod ipsi eidem Ecclesiæ per vicarium et alios Ecclesiæ ministros ydoneos capellanum honestum Wallensem propter ydeomatam diversitatem. Quare volumus et firmiter precipimus, pro nobis et heredibus nostris, quod prædicti Abbas et Conventus et successores sui imperpetuum habeant et teneant prædictam Ecclesiam de Abberconwey quam prius conventualem habuerunt et tenuerunt de cetero habeant et teneant quantum in nobis est in proprios usus parochialem cum omni jure patronatus sibi et successoribus suis in perpetuam elemosinam, cum omnibus juribus et possessionibus et rebus aliis ad prædictam Ecclesiam parochialem spectantibus quocumque nomine censeatur, tam infra muros quam extra, cum omnibus decimationibus omnium

terrarum et maris ex utraque de Conwey ad prefatam Ecclesiam de Aberconwey spectantibus ab antiquo. Ita tamen quod, &c. Hiis testibus, venerabili patre Roberto Bathoñ et Welleñ Episcopo, Henrico de Laci Comite Lincolñ, Ricardo Burġ Comite Ultoñ, &c. Dat. apud Carñ. xvj^o die Julij Anno regni nostri

Edwardus Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hybernæ, Dux Aquitanæ, Omnibus ad quos præsentem literæ pervenerint Salutem. Sciatis quod cum venerabilis pater Anianus, Assaveñ episcopus, pro se et successoribus suis ad instantiam nostram dederit et concesserit dilectis nobis in Christo Abbati et Conventui Monasterii de Aberconwey, et eorum successoribus, quod quidem Monasterium nunc est situm Maynan, Advocationem Ecclesiæ de Eglwyswath quæ ad præfatum Episcopum pertinuit, prout in scriptis dictis Abbati et Conventui inde confecto plenius continetur. Nos dicto episcopo donationem illam compensare volentes, dedimus et concessimus eidem advocationem Ecclesiæ de Ruthlande, habendam sibi et successoribus suis imperpetuum, absque reclamatione nostri vel heredum aut successorum nostrorum quorumcumque. Ita tamen quod si nos vel heredes aut successores nostros quoscumque contingat advocationem prædictæ Ecclesiæ de Ruthlande ab ipso episcopo vel successoribus suis casu aliquo retractare, licet præfañ Episcopo et successoribus suis Advocationem prædictæ Ecclesiæ de Eglwys Wath a præfañ Abb et Conventu totaliter revocare. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Aberconwey decimo die Octobris Anno regni nostri duodecimo.

Edwardus Dei gracia Rex Angliæ &c. Sciatis quod in recompensationem unius mesuagii et unius particulæ terræ in Penlassok quæ Tuderius ap Garwettæ in manus nostras reddidit quiete de se et heredibus suis imperpetuum, et quæ dilectis nobis in Christo Abbati et Conventui de Abberconwey, quarum Monasterium apud Maynan fundamus, in liberam et puram elemosinam contulimus,

dedimus et concessimus prefato Tudero decem solidas terræ cum pertineñ in Crethyn, habend et tenend sibi et heredibus suis de nobis et heredibus nostris imperpetuum, faciend inde servitia debita et consueta. In ejus rei testimonium.

In primis in campis dd ap Tud Taylor	v. ūg.
Itm̄ in Kevynkelynnocke	iiij. ūg.
Itm̄ in Bryn y vrane	iiij. ūg.
Iř in campo Gruff ap Robyn	i. v̄g & dī.
Itm̄ in illo loco ubi domus dompni Daudid olim erat	ij. ūg & dī.
Itm̄ in Bulth y gerwyn	iiij. ūg.
Itm̄ in Htetir Clochyth i bren y gofe	ij. ūg.
Itm̄ in diffren inter terras Gruff' ap Robyn et terras Daudid ap Tona, et hoc est abbuttañ super gweirgledd y thwaley	ij. ūg.
Itm̄ per easdem terras inter terram Hvgonis Conwey et terram Gruffini Gethyn	ij. ūg.
Itm̄ alia parcella jacens versus eundem pratum inter Lewelinum ap Jeuñ ap Egñ et erwĩ groes	ij. ūg.
Itm̄ in loco ubi erat olim horrium pro granis in llemdire	j. ūg.
Itm̄ inter Gruff' ap Robyn et Daudid Gethyn in silva	ij. virg.
Itm̄ apud Pennant ad tenementum Johannis ap Jeuñ ap Howel	vij. virg.
Itm̄ inter terras Gruff' ap Robyn et David ap Tudertaylor in Keuynkelynnocke	j. ūg. et dim.

Abbas et Conventus fundati* fuerunt ad respondendum domino principi Walliæ de placito quo wañ clamant habere sok et sak, tol

* Sic in orig. f. summoniti.

et them, infangentheff et utfangentheff, homsokenne, Gryuth-bruch, Blodwyte, fyttewyte, fferewyth, hongewyth, Leirwyth, fflemenfrith, et quietos esse de Muredredo, latrocinio, fforstaff, horedet, horest, infra tempus et extra, in omnibus locis et omnibus causis quæ sunt vel esse possunt, et de omnibus misericordiis. Et quod ipsi et omnes homines sui liberi sint ab omni theloneo, passagio, paagio, pontagio, scotto, et Gildo, et omnibus auxiliis Regum, Vicecomitum, et omnium ministrorum eorum, et de hidagio, carucagio, denegild, et hornegild, et exercitibus, scutagiis, tallagiis, lestagiis, stallagiis, schiris, assisis, et assartis, de wasto nemorum, meremio cariendo, armis portandis, thesauris portandis, Chaceis, establiis, scotaff regum, de perpresturis, hundred, Wapentake, placita et quere, warda, wardepeny, et de operibus Castellorum, parcarum, pontium, et de clausuris, et de omnibus carragiis, summagiis, arreragiis, passagiis, muragiis, domorum Principum edificatione, et de omnimoda operatione, absque hoc quod bosci eorum ad opera prædicta vel ad aliqua alia capiantur, seu quod blada sua vel hominum suorum ad Castella munienda capiantur, et etiam quod omnia tenementa eorum, tam in bosco quam in plano, sint deforestata et extra omnem potestatem forestarum.

Et quod idem Abbas et monachi, homines et servi sui, sint liberi et quieti de omni theloneo in omni foro et in omnibus nundinis, et in omni transitu portuum marium et maris per omnem potestatem et per omnes terras in quibus Dominus Edwardus Rex Angliæ xxij die mensis Octobris Anno Regni sui xij. eis libertatem dare potuit, et in omnibus terris domini Principis.

Et quod omnia Mercata sua et hominum suorum sint similiter in predictis locis ab omni theloneo quieti, et quod naves eorundem Abbatis et Monachorum liberum transitum per omnem potestatem prædictam habeant absque omni exactione et consuetudine.

Et quod iidem Abbas et Monachi sint liberi et quieti ab omnibus pascubus et ponturis hominum, equorum, canum, et avium, et non compellantur ad pascendum ipsum dominum Principem aut

ministros suos, aut alios quoscumque seculares, nisi eorum spontanea voluntate; et quod circa electiones, depositiones, seu resignationes Abbatum, tempore vacationis aut alio tempore, dominus Princeps nec ministri sui, nec alii seculares in nullo intromittant, sed omnia in dicta Abbathia per religiosos ordinentur regulariter et tractentur.

Et quod iidem Abbas et Monachi habeant omnia catalla omnium hominum suorum pro quocumque delicto seu feloniam forisfacta, et similiter omnia amerciamenta omnium hominum suorum habeant in casu quo erga dominum Principem vel ministros suos fuerint amerciarum, pro quacumque causa seu delicto.

Et quod habeant wreccum maris in omnibus terris suis et in omnibus littoribus eisdem terræ adjacentibus, et omnia vasa et alia bona sua per intemperiam maris vel aliud infortunium periclitata, fracta, aut submersa, et in terris suis inventa fuerint.

Et quod ipsi et homines sui et servientes sui, ac omnia bona sua libere et sine quocumque pretio paratum habeant transitum per Meney, Conwey Aſman, et Devi, et in omnibus passagiis per totum Principatum et potestatem domini Principis, non obstante quacumque lege seu consuetudine.

Et quod si animalia sua aut alia quæcumque bona furata, rapta, vel ablata, vel ad tempus perdita fuerint, tñ cito Idem abbas et Monachi illa probauerint esse sua, et si animalia quorum; inuenta fuerint signo ipsorum Abbatis et Monachorum signata, ipsis monachis liberentur, et quod ipsi pro quacumque causa, dicto, facto, seu forisfacto in curia domini Principis, aut in quacumque curia laicali, nullatenus judicentur, punientur, seu amercientur.

Et quod licite possint super aquas currentes inter terras domini Principis seu hominum suorum quod una parte et terras ipsorum ex altera, molendina levare et edificare et easdem aquas de canalibus suis usque ad terram ipsorum Abbatis et monachorum vertere et declinare.

Et quod ipsi libere possint recipere ad habitum suum, et ad famulatum suum et servitia, liberos principis spadarios et homines

de advocacione domini Principis, atque omnes primam tonsuram habentes, cujuscumque condicionis extiterint, sine molestia et calumpnia cujuscumque.

Et quod nullus minister domini Principis pro quacumque causa ingrediatur terras ipsorum Abbatis et Monachorum ad aliqua officia in eisdem facienda, et quod nullus bona ipsorum aut ser. . .

[*The next sentence, on a separate leaf, begins*]

Conventui, quorum monasterium idem Rex Edwardus proavus domini Principis apud Maynan in honore omnipotentis Dei et beatæ Mariæ et omnium Sanctorum, et pro salute animæ suæ et animarum omnium antecessorum et heredum suorum fundavit, et prædictam villam de Maynan cum pertinentiis, una cum omnibus libertatibus suis, habendam et tenendam præfato Abbati et successoribus suis, et Ecclesiæ suæ, imperpetuum dedit.

Item quo ad libertatem supradictam, videlicet quod prædicti Abbas et Monachi liberi sint et quieti ab omnibus potituris, etc. et ad omnes alias libertates subsequentes in prædicto clameo contentas, dicit quod quidam Lewelinus Gervasii filius quondam Princeps Northwalliæ per duas cartas suas concessit Abbati de Aberconwey qui tunc fuit et predecessoribus ipsius Abbatis nunc easdem libertates habendum sibi et successoribus et ecclesiæ suæ prædictæ imperpetuum. Et dicit quod postea dominus Edwardus Rex Angliæ nunc inspexit prædictam cartam prædicti regis proavi prædicti domini Principis, necnon cartas prædicti Lewelini, eas Abbati et Conventui qui tunc fuerunt, et successoribus suis, per cartam suam ratificavit, acceptavit, et confirmavit; quam quidem cartam domini Regis nunc idem Dominus Princeps inspexit, et per litteras suas patentes acceptavit et ratificavit, et prædicto Abbati nunc et successoribus suis, et Ecclesiæ suæ prædictæ, pro se et heredibus suis, Et profert hic easdem domini principis litteras patentes quæ premissa testantur in hæc verba.

Edwardus Dei gratia et c. Archiepiscopis, &c. salutem. Inspecimus cartam domini Edwardi quondam Regis Angliæ avi nostri in hæc verba, Edwardus Dei gratia Rex Angliæ, Dominus

Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, et omnibus Ballivis et fidelibus suis ad quos præsentis litteræ pervenerint, salutem. Sciatis quod in recompensationem situs quondam Abbathiæ de Aberconwey, et terrarum adjacentium, et Grangiæ de Crethyn cum pertinentiis ad eandem Abbatiam tunc spectantium, quas Abbas et Conventus loci ejusdem in manus nostras reddiderunt, dedimus et concessimus et hac carta nostra confirmavimus prædictis Abbati et Conventui Ordinis Cisterciensis, quorum Monasterium postmodum de novo apud Maynan in honore omnipotentis Dei et beatæ Mariæ et omnium sanctorum, pro salute animæ nostræ et animarum omnium antecessorum et hæredum seu aliorum successorum nostrorum, fundavimus, prædictam villam de Maynan cum pertinentiis quam una cum quibusdam aliis terris Henrico de Lacy comiti Lyncoln et heredibus suis, et quam ipse idem comes postmodum quietam de se et heredibus suis in manus nostras reddidit. Et etiam centum et decem et septem solidatas et octo denariatas terræ quas M^oeducus grath et gornonen frater ejus, et quindecim solidatas terræ quas Rogerus Borun et decem solidatas terræ quas Tuderius ap Carweit tenuerunt in eadem villa de Maynan, et quas in manus nostras quiete similiter reddiderunt, habendum et tenendum præfatis Abbati et Conventui et eorum successoribus in eodem Monasterio Deo et beatæ Mariæ servituris, cum omnibus suis pertinentiis in liberam puram et perpetuam elemosinam. Concessimus etiam eisdem Abbati et Conventui omnes rationabiles donationes terrarum, Ecclesiarum, hominum et Elemosinarum eis a quibuscumque jam collatas et imposterum conferendas vel adquirendas. Quare volumus et firmiter præcipimus pro nobis et heredibus nostris quod prædicti Abbas et Monachi et eorum successores habeant et teneant villam, terras, et redditus prædictos cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad eos spectantibus, ut in boscis, pratis, pascuis, pasturis, molendinis, stagnis; vivariis, piscariis, viis, aquis, semitis, et mariscis per metas et bundas

subscriptas, videlicet ascendendo de Conwey versus montes Abercambwff ubi descendit fluvius qui appellatur Cumogan in flumine de Conwey, et ascendendo per illum fluvium de Cingonan usque ad fontem de Tangwre, et de fonte illa per viam magnam directe usque ad Rytyllwydieirth, et exinde per rivulum parvum usque ad fluvium de Gwydenging, et sic ascendendo per illum fluvium usque ad rivulum parvum qui descendit de Dewlwyn, et inde usque Grasiwy'chwydant, et sic directe usque Pwff in medio Gwennennarwan, et deinde usque Pwff in medio y Gwennd bythyne, et sic usque dynon yr heol, deinde moram Kaelertñ, deinde usque Clawd juxta domos fabricorum, deinde usque ad caput Grw y ranallen, exinde usque ad flumen Gretlyn, deinde usque ad Wennbowys et sic iuxtatus * eweñ bowys usque puff bndir, et exinde usque Nantuwraith, et deinde descendendo usque ad moram quæ dicitur Gwennce, et deinde usque y bwlçfcho, deinde usque ad maram quæ est inter Gwernnelanc et Garthgynnuelt, et deinde usque ad aquam quæ appellatur Balenllechane, et sic per illam aquam usque longum vadum, deinde usque ad moram quæ appellatur Gwerun vaenan, et sic per quendam rivulum usque Pull y don, usque Conwey, et filum aquæ Conwey usque ad Avercambwff. Et quod habeant omnes rationabiles donationes terrarum, Ecclesiarum, Hominum, et Elemosinarum eis a quibuscumque jam eis collatas et in posterum conferendas vel acquirendas, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie, et honorifice, cum sok et sak, tol et them, infangtheff et outfangethef, hamesok, gridbruigh, Bolwyke, ffythwyth, fferewyth, hengwith, leirwyth, flemfrid, murdedo, latrocinio, fforstañ, hordeff, et horest infra tempus et extra, et in omnibus locis et cum omnibus causis quæ sunt et esse possunt. Concedimus etiam quod prædicti Abbas et Monachi quieti sint imperpetuum de omnibus misericordiis, et quod ipsi et omnes homines et tenentes sui liberi sint et ab omni Scotto et Gildo et omnibus auxiliis Regis, Vicecomitum, et omnium Ministerialium eorum, et de hidagio, carucagio, danegeld, hornegeld et exercitibus,

* *Sic in orig.*

scutagiis, talagiis, lestagiis, stallagiis, siris, et assisis, et assartis de wasto nemorum, de meremio cariendo, de armis portandis, de thesauro portando, de chaciis, establiis, scotaff regis, de purprestura hundred, wapentachiis, placitis, et quereff, ward, et wardpeni, auerpeny, hundredespeny, borthalpeny, Trithingpeny, de operibus castellorum, parcorum, pontium, et de clausuris, et omni cariagio, summagio, navagio, passagio, muragio, et dominium regalium edificatione, et omnimoda operatione. Et prohibemus ne bosci eorum ad prædicta opera vel ad aliqua alia capiantur, et similiter ne blada illorum vel hominum suorum ad castella munienda capiantur. Concedimus etiam quod omnia tenementa ipsorum, tam in bosco quam in plano, sint deafforestata et extra omnem potestatem forestariorum. Precipimus etiam quod prædicti Abbas et Monachi, et homines et tenentes sui, liberi sint et quieti ab omni theloneo in omni foro et in omnibus nundinis, et in omni transitu pontium, viarum, et maris, et per omnem potestatem nostram et per omnes terras nostras in quibus eis libertatem dare possumus, et omnia mercata sua et hominum suorum sint similiter in prædictis locis ab omni theloneo quieta. Et quod naves eorundem Abbatis et Monachorum liberum transitum per omnem potestatem nostram habeant, absque omni exactione et consuetudine. Concedimus etiam et confirmamus eisdem Abbati et Monachis quod si aliquis hominum suorum pro delicto suo vitam vel membra debeat amittere, vel fugerat, in iudicio stare noluerit, vel aliud delictum fecerit pro quo catalla sua debeat perdere, ipsa catalla sint prædictorum Abbatis et Monachorum; similiter si aliquis hominum suorum sit amerciatus erga nos vel Ballivos nostros pro quacumque causa vel delicto, vel forisfacto, amerciamenta dictis Abbati et Monachis reddantur, servata regiæ potestati justitia mortis et membrorum. Hæc omnia prædicta et omnes alias quietantias, libertates, et liberas consuetudines quæ in hoc scripto comprehenduntur, et liberiores quæ domui aliquo religioso referri possunt, concedimus prædictis Abbati et Monachis pro dei amore et gloriosæ Virginis Mariæ, et pro salute animæ nostræ, et



RETURN TO the circulation desk of any

University of California Library

or to the

NORTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY

Bldg. 400, Richmond Field Station

University of California

Richmond, CA 94804-4698

ALL BOOKS MAY BE RECALLED AFTER 7 DAYS

2-month loans may be renewed by calling

(510) 642-6753

1-year loans may be recharged by bringing books
to NRLF

Renewals and recharges may be made 4 days
prior to due date

DUE AS STAMPED BELOW

JAN 01 1996

REC. MOFFITT DEC 14 '95


JAN 16 2000

FEB 01 2002

U.C. BERKELEY LIBRARIES



C032018109



37054

DA
20
R8
v.39

THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY

